



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 18. Superbiæ frœnum vilitas nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Quia originem perditionis nostrae se prae-
buit superbia diaboli, instrumentum redemptionis
nostrae inventa est humilitas Dei; S. Gregor.
14. ep. 37.

Humiliavit se usque ad nostrum pulverem
Deus; & in caelos os suum ponit, & super
terram lingua pertransit pulvis humanus; &
non erubescit; non metuit extolli homo pu-
tredo, & filius hominis vermis. Id. ib.

Adhuc tu superbis, terra, & cinis; postquam
Deus factus est humilis? adhuc tu magnus es in
oculis tuis? ille semetipsum exinanivit, ut pene
videretur esse nihil, sine quo factum est nihil,
& tu in immentum inflaris, & extolleris? existi-
mans te aliquid esse, cum verè sis nihil. Guar-
ricus l. 1. de Nat. D.

Vilis est pars illa, & abjicienda, quae, capite de-
jecto, videri appetat gloriosa. Confundatur,
vilipendatur, abjiciatur, humana superbia;
quando sic est humiliata Majestas divina, S. Bo-
naventura f. 11.

§. XV.

Superbiae damna, inopia.

Montes Gelboe &c. 2. Reg. 1. 21. Montes,
super quos, nec ros misericordiae, nec plu-
via gratiae, descendit; sunt diversae species su-
perbiae: per quas fortissimi quique deiciuntur
in mortem. S. Bonaventura f. de S. Agatha.

Jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus
totum extorquet de manu superbia. S. August.
ep. 56.

Quid tam opus habens misericordiam, quam
miser? & quid tam misericordiam, quam superbus
miser. S. August. de lib. arbit. l. 3. c. 10.

Vas, quod uno liquore plenum est, alium ca-
pere non potest: unde, qui superbia plenus est,
capax divinae scientiae non est. S. Bonaventura
serm. 86.

Iustus cum sit Deus, superbos deserit; ut
relicti non extolli doceantur. Joan. Clim. gradu
20.

Superbia, est animae suprema inopia; dum
illa divitias imaginatur, lucemque esse in tene-
bris existimat. Idem. gr. 22.

O pestifera superbia, quid agis? cur suades
rivulo; ut se à fonte dividat? Cur suades ra-
dio; ut se à sole avertat? cur? nisi ut & ille,
dum infundi desinit, arefeat; & iste, dum ab il-
luminante se avertit, tenebrosus fiat. Hugo à S.
Vict. de 5. Septenis.

Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat.
S. Bernardus l. 2. de confid. ad Eugenium.

§. XVI.

Superbiae miseria, afflictio, pericula.

Accedet homo ad cor altum, & exalta-
bitur Deus. Sagitta parvulorum facta
sunt plaga eorum. Pl. 63. 8. O Superbia, quae
ab Altissimo recedis, cum altius erigeris!
Incredibile dictu est, quam miserè torqueatur
ambitio; quamque saucietur graviter minimis
quibusque rebus. Quid exilius salutatione man-
cipii? confodit, & penitus trajecit pectus *Ama-
ni*. Esth. 5. 9. Planè, cui Deus maximus sub-
ducitur, minima necesse est maxima videantur.
Sufficit vox una, & deductio, quae uno passu
sit brevior, ad discerpendum cor arrogantis. Sa-
phyanthea Sacra. Tom. II.

gitae parvulorum, non armata ferro, aut cu-
spide, umbratili tantum certamini destinata;
sunt elai cordis vulnera lethalia. Oliva t. 2.
Strom. §. Accedet &c.

Va soli. Ecclae 4. 10. Quia, cum instabili pe-
de superbiae ventilator ceciderit, societate pri-
vatus, sublevans adjutorium non habebit, S. Cy-
rillus in Apol. c. 8.

Herodes rex turbatus est, & omnis Jero-
solyma cum illo. Matth. 2. 3. Ecce jacentem in
praesepio pertimescit armatus, contremiscit hu-
miliem rex superbus, obvolutum pannis metuit
purpuratus. S. August. l. 2. de SS. Innocentibus.

Sinite illos, caeci sunt. Matth. 15. 14. Super-
bi Pharisaei ab ipsa Veritate caeci nominantur,
quae ad Discipulos ait: *caeci sunt, & duces cae-
corum*. Quae utique caecitas specialiter libidino-
sis adscribitur: quia nulla sunt vitia, quae spissio-
res tenebras menti ingerant, quam libido. S.
Gregor. l. 6. ad 1. Reg. 2.

Omnis ascensus in labore est, descensus in vo-
luptate. S. Gregor. mor. l. 7. c. 10.

Non potest esse superbus, qui fatuus non sit:
stultitia verò plenus est superbus. S. Chryso-
stom. hom. 39. ad pop.

Navis inflatis nimium ex vento velis mergi-
tur, Lem: *Si tumeas, timeas*. Malenius.

§. XVII.

Superbia origo vitiorum.

Hereticorum locus ipsa est superbia: quia,
nisi prius in corde intumescerent, ad pravæ
assertionis certamina non convenirent. Ita nam-
que malorum locus est superbia. S. Gregor. mor-
al. l. 3. c. 13.

Ubi praecedit inflatio, continuo sequitur ama-
latio: quoniam superbia mater est invidentiae.
Diabolus igitur, & angeli ejus, à luce, atque fer-
vore charitatis, averiti; & nimis in superbiam, in-
vidiamque, progressi, velut glaciali duritia tor-
puerunt. Et ideo per figuram tanquam in Aquilone
ponuntur. S. August. ep. 120.

Si ex animo superbiam exemeris, occasionem
innascendi vitium iracundiae non habebit. S.
Gregor. Niss. or. 2.

Sicut turbo pulverem in campis excitat; ita
Monachus superbus rixas, & contentiones, in
Monasterio, S. Ephrem. Parænesi 1. ad Mona-
chos.

Difficile, qui humilitate caret, contentiones
evitat. S. Laurent. Just. opus de inter. consl. c. 2.

Non revertitur fulgur in superiora, cum ad
ista inferiora cadendo devenit: sic non rever-
tetur apostata virtutis, cum in ipsa superbit. Sim.
Cass. l. 7. c. 21.

Hæreses non aliunde sumunt originem, quam
ex superbia, & inobedientia. Blosius parad. an.
c. 27.

§. XVIII.

Superbiae frænum vilitas nostra.

Creavit Deus hominem ad imaginem, &
similitudinem suam. Gen. 1. 27. Hoc de
Angelis non leges; cum tamen, juxta Augusti-
num, Chryso- &c. homo dicatur Deo similis
ob intellectum, & voluntatem; sed Angelus
his potentius multo excellentior homine. S.
Chryso- hom. 3. in ep. ad Coloss. quâ ratione
Yyy y 2 Angelus,

uia con-
arnem,
, quod,
undum
ommo-
lâ. 1.

si non
ugi gu-
ipfare,
m Dei:
ne cum
72. 5.

hostis,
; quod
natio-
bus. de

a.

th.

unt.
ies ab
us, cir-
naben-
quan-
clesia:
n illis.
ngelo-
pugnæ
nctus.

. Me-
ro, ad-
& ten-
, ut in
l. 4. in
rator;
63. de
mum
& vi-
oluit.
o no-
igna-
itigi;
iam,
etur.

omi-
cun-
culis
um.
tan-
oræ-

mod
utas
qui
emi-
, ex
vo-
fiæ,
19.
ter.
Qui

Angelus, vel imago, vel filius Dei, non vocatus est, sed homo? quoniam illic naturæ sublimitas plures in impietatem coniecisset: hic verò tenuitas, & humilitas, securitatem præstat. Dicitur est homini: *pulvis es, & in pulverem reverteris*. Gen. 3. 19. Sylveira c. 20. in Matth. 11. Luc. 10.

Fecit lutum ex spato. Joan. 9. 6. Superbia cœcitas lutò humanæ terminationis exterminatur. Vidisti pelagus horribiliter infremens, cum undis tumescit? Circa ripæ arenam tota ejus superbia submittitur. Superbo affectui obijce propriæ infirmitatis arenam. Escobar. t. 1. Mir. Chr. l. 3. Sect. 1. Obf. 4.

Sicut mare, dum undis erigitur, veniens ad arenam confringitur: sic spiritus, dum in superbia elevatur, consideratâ suâ miserâ dissipatur. S. Bonaventura l. 93. Dom. 5. Pent.

§. XIX.

Superbiam vitandi motiva alia.

Mirabiles elationes maris. Pf. 92. 4. q. d. mirandum sanè est, aquam, elementum adeò grave, tantillo turbine in altum librari, & centrum suum deferere. At multò mirabilis est, hominem, qui non nisi è terra compositus, quæ longè aquâ est gravior, exiguò honoris, & gloriolæ, ventulò, ad nubes usque sustolli. Beatus D. 3. Adv.

Exaltare, qui judicas terram; reddere tributionem superbis. Psal. 93. 2. Superbia est regina vitiorum; & eâ debellatâ universitas vitiorum debellata erit. Bellarminus hic.

Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum lamentum &c. Ezech. 27. 2. Ille revera utiliter plangit; ille planctum rationabilem levat super regem Tyri; qui contritò corde, & humiliter spiritu, scrutatur, & perpendit, quid sibi faciendum sit pulveri & cineri; cum ille summus angelus, tam sapiens, tam speciosus, ita terribiliter projectus sit: pro eo, quòd Creatori suo subditus esse noluit; tamque vilis, tam fatuus, tam deformis, sit effectus; ut juxta veritatem Prophetiam: omnes, qui viderint eum, obstupescant super eo. Rupertus l. 2. c. 1. de Victoria Verbi Dei. Nè sibi existimet parci superbia dura mortalium; de superbiorum supplicio terrenda est Angelorum. S. August. tr. 15. in Joan. Consideret homo, quid elatus in terra mereatur, si & prælatus Angelis Angelus in cœlo prosternitur. S. Gregor. mor. l. 32. c. 18.

§. XX.

Superbiorum malitia, & actus.

Num. 1.

Vult esse solus.

Faciunt hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Gen. 1. 26. Arguit locus iste hominum superbiam, qui nolunt sibi similem, aut æqualem, habere: qui, si vident vicinum crescere; non solum invident, sed deturbant elevatum, si possunt. Ramirez in Apoc. 2. ep. 4.

Salva me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam. Pf. 21. 22. Superbi similes unicornibus, qui nunquam

gregatim, sed singulatim evagantur. S. August. hic: à sublimitatibus superbiorum, se singulariter erigentium, confortesque non ferentium, salvam fac humilitatem meam. De hoc grege fuit Antiochus rex, de quo Psal. 79. 4. *singularis ferus* &c. Lyran. *ferus*, propter savitiam; *singularis* ob arrogantiam. Mendoza in 1. Reg. 12. 6.

Singularis servus depastus est eam. Pf. 79. 14. S. August. hic: ipse aper, qui devastavit eam, singularis ferus: quia superbus: hoc enim dicit omnis superbus, ego sum, ego sum, & nemo.

Erraverunt in solitudine in inaquoso; viam civitatis habitaculi non invenerunt. Pf. 106. 4. Solitudo hæc superbiorum est: quia solos se reputant, solos appetunt reputari. Litteratus est; odit socium: altus in negotiis secularibus; neminem vellet sibi similem inveniri: fortis est, aut formosus; ea ei parem, & contabescit. Solitarius est; sed erroneus S. Bernardus l. de nimia fallacia præsentis vitæ.

Onager solitarius sibi. Os. 8. 9. Qui se solum præ aliis putat excellere, hominem exiit; & fit ferus solitarius onager. Sylveira in Apoc. 2. 1.

Superbi dicuntur propter superandi desiderium. S. Bonaventura in Pf. 118.

Num. 2.

Superbus spernit reliquos.

Fuit Moyses vir magnus valde in terra Egypti coram servis Pharaonis, & omni populo. Ex. 11. 3. Sed magnusne etiam coram Pharaone? Oleaster: reges neminem magnum arbitrantur, nisi seipos. Sennacherib 4. Reg. 18. 19. *loquimini Izechia: hæc dicit rex magnus*. Velloso in Judith. 5. 3. Paræn. 6.

Dicite mihi, quis sit populus iste? Judith. 5. 3. Superbia hominum contemprix. Id. ib.

Lex Persarum Esth. 4. 11. nè quis regem adeo nisi accitus. Rupertus l. 8. de vict. verbi c. 10. hoc venerat ex nimia ventositate miseræ vanitatis; ut rex magni imperii plus quam homo putaretur habere aliquid; nè vilior fieret ex usu visionis publicæ. Id.

Vani sunt omnes homines &c. Sap. 13. 1. Cultores idolorum sunt omnes superbi; qui nihil, nisi quod ipsi faciunt, reputant; aliorum autem omnia facta, aut dicta, vilificant, & contemnunt: quidam adorant idolum aureum sapientiæ suæ; alii idolum argenteum eloquentiæ suæ. Hugo Card. hic.

Num. 3.

Superbiorum varii alii actus.

Hoc nunc os ex ossibus meis. Gen. 2. 23. Videtur è contratio dicere debuisse; hæc nunc ossa ex osse meo: nam, ut sacer textus narrat, Adam ex suis nonnisi unicam costam ad construendam Evam contulit v. 21.

Humanum aliquid passus; plus sibi, quam erogaverat, arrogavit. Did. Niss. D. 5. Pent.

Os eorum locutum est superbiam. Pf. 16. 10. Bene dixit tantum ore, non etiam corde, hœc sunt: quia sceleratorum mos est; illa frequentè sermone defendere, quæ noscuntur, conscientia teste, damnare. Cassiodorus hic.

Sedebo